

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

17. Martij. 16. Cal. April.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**



17, Martij. 16. Cal. April.

B. GERTRUDIS: quæ regio Tre- *Vixit*  
biniaci monasterio, à sancta matre *circa*  
tua Hedwige constructo, præfecta, de. *annum*  
liciarum summam in humilibus & de. 1230.  
spicatissimis functionibus posuisti: qui-  
bus fatigata, non aliam tibi requiem  
indulsiſti, quām in contemplatione re-  
rum cœlestium. Cui mentis elevati-  
on, ad sublimia identidem evolanti,  
felix è sideribus echo miraculorum, &  
revelationum divinarum, continuò re-  
spondit. Quarum ultima, simūlque  
fortunatissima fuit, qua te Virginum  
sponsus, visibili forma apparens, intro-  
duxit ad nuptias. *Animi demissionem Humi-*  
*omnes in sanctis laudamus & veneramur, litas.*  
*imitamur paucissimi. Tu preces admove;*  
*ut per ejus gratiam mereamur esse, quod*  
*optamus, qui solus est dator talium dono-*  
*rum.*

B. CONRADE: qui cucullam re- *Obiē*  
ligiosam in Claravalle, dignus tuo ca. *anno*  
pite diadema existimans, quām Du. 1525.  
catus Bayariæ: per egregiarum virtu-  
tum gradus ad perfectam cum vita  
Servatoris conformitatem anhelasti.  
Quam ut per sensus quoque externos

196 ANNI CISTERCIENS.

proveheres altius, impressa Terra san.  
Palæ-  
finam  
vistat. etæ Christi vestigia venerari cupiens,  
illuc iter suscepisti. Ex quo reversus,  
ut peregrinus & exul obires, Barris de-  
functus es; inquilini saltem juribus per  
sepulturam vendicatis apud amantissi-  
mos cives Clarævallis. Omnibus Chri-  
stianis proposita est ad imitationem san-  
Imita-  
tio  
Christi. etissima Christi Domini vita: ipso nos dul-  
cier promissione æternæ retributionis in-  
vitante ad se unicè sequendum: maximè  
verò religiosis hæc incumbit cura: in quo-  
rum moribus vivam Servatoris imagi-  
nem intueri se vulgus arbitratur. Tu mihi  
pigritantem excita: ut tandem aliquando  
non solum, ut hactenus, frigidè velim, sed  
fervidè faciam.

S. BERNARDUS, ser. 14. in Cant.

Legen- Quid facit oleum in vasis, si non  
dum, ut sentias & in membris? Quid tibi  
imita- prodest, pium Salvatoris nomen lecit  
mur, tare in libris, nec habere pie-  
tatem in moribus?

